Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

II. De caede Justini cognati Imperatoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

reliquas quas geſſerat dignitates. Is A tum ad Danubium morabatur, & Abaros à tranſitu fluminis arcebat. Sunt autem Abari, Scytharum gens in plauſtris degentium, qui campos ultrà Caucaſum ſitos incolebant. Hi cùm à Turcis, finitimis ſuis, gravi detrimento affecti eſſent, relictis ſedib9 ſuis univerſi cum uxoribus ac liberis ad Boſporum venerunt. Deinde relictis littoribus Euxini Ponti, ubi multæ quidem barbaræ habitant gentes; urbes verò & caſtra ac ſtationes quædam à Romanis conditæ ſunt, cùm aut milites veterani, aut coloni ab Imperatoribus eò deducti eſſent: ulterius progreſſi ſunt, B cum omnibus barbaris qui in itinere occurrerent, depugnantes. Tandem verò cùm ad ripas Danubii perveniſſent, Legatos ad Juſtinum miſerunt. Ex his igitur locis accerſitus eſt Juſtinus, tanquam accepturus ea quæ inter ipſum atque Imperatorem Juſtinum pacta fuerant. Nam cùm ambo ſæculari faſtu ac potentia inter ſe pares eſſent, & ad utrumq; ex æquo imperium propendere videretur, poſt multas diſceptationes id inter ipſos convenerat, ut is qui ad Imperium perveniſſet, alteri proximum locum concederet. Quò ſcilicet in ſecundo Imperii gradu C conſtitutus, primas præ reliquis omnibus ferret.

A μετάπεμπτον ποιεῖται, ἀμφὶ τὸν ἴστρον τὰς διατριβὰς ποιούμενον, καὶ τὰς τῶν ἀβάρων διαβάσεις ἀνείργοντα. ἔθνος δὲ σκυθικὸν οἱ ἄβαροι τῶν ἁμαξοβίων, τῶν ὑπὲρ τὸν καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, οἳ τοὺς γείτονας τούρκους πασσυδὶ προφυγόντες, ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, ἐπὶ τὸν βόσπορον ἀφίκοντο. καὶ τὴν ἠιόνα τοῦ εὐξείνου καλουμένου πόντου καταλιπόντες, ἔνθα συχνὰ μὲν ἔθνη βαρβαρικὰ ἐξῳκίσθησαν δὲ καὶ ὑπὸ ῥωμαίων πόλεις τε καὶ στρατόπεδα, καί τινες προσορμίσεις, ἢ στρατιωτῶν ἀπομά- B χων γιγνομένων, ἢ καὶ ἀποικιῶν πρὸς τῶν βασιλέων στελλομένων, τὴν πόρευσιν ἐποιοῦντο, πᾶσι τοῖς ἐν ποσὶ βαρβάροις ἀνταγωνιζόμενοι, μέχρις οὗ τὰς ἠιόνας τοῦ ἴστρου κατειλήφασι, καὶ πρὸς ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο. ἐντεῦθεν ὁ ἰουστῖνος μετεπέμφθη ὡς δῆθεν ὀφείλων τῶν συγκειμένων αὐτῷ τε καὶ τῷ αὐτοκράτορι ἰουστίνῳ ἀπολαῦσαι. ἐπειδὴ ἄμφω παραπλησίως κατεστηκότην ταῖς τοῦ βίου φαντασίαις, καὶ ἐπ' ἄμφω ὁ βασίλειος ἐπῃώρητο, συνήτην μετὰ πολλὰ τὰ ἀμφίλογα, ὥστε τὸν ἐς τὴν βασιλείαν παρελθόντα C τὴν δευτέραν χώραν θατέρῳ δοῦναι, ἵν' ἐν τοῖς δευτερείοις τῆς βασιλείας τὰ πρωτεῖα τῶν ἄλλων ἀποφέροιτο.

Cap. II.

De cæde Juſtini, cognati Imperatoris.

IGITUR Imperator Juſtinus Juſtinum, in ſpeciem quidem ſumma cum humanitate ac benevolentia excepit. Mox varias ſubinde cauſas commiſcens, paulatim ſatellites ei detraxit ac domeſticos & corporis cuſtodes; vetuitque ne ad ipſum viſendum procederet: ipſe enim ſedebat domi. D Tandem verò juſſu Imperatoris Juſtini in magnam civitatem Alexandriam amandatus eſt, atque illic nocte intempeſta cùm in lecto decumberet, miſerandum in modum interfectus eſt: ob benevolentiam in rempublicam & ob res præclare in bello geſtas, hanc mercedem referens. Nec priùs Juſtinus Imperator & conjux ejus Sophia furorem ſuum remiſerunt, aut conceptam adverſus Juſtinum iram expleverunt, quàm Juſtini caput præciſſum vidiſſent, ac pedibus ſuis proculcaſſent.

Κεφ. β'.

Περὶ τοῦ ἰουστίνου τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ ἀναιρέσεως.

ΜΕτὰ πολλῆς τοιγαροῦν τῆς ἔξωθεν φιλοφροσύνης ὁ ἰουστῖνος τὸν ἰουστῖνον δεξιωσάμενος, καὶ κατὰ σμικρὸν αἰτίας ἐπιπλάττων, καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ δορυφόρους καὶ σωματοφύλακας παραιρούμενος, τάς τε παρ' αὐτοῦ προσόδους εἴργων. καθῆστο γὰρ D οἴκοι, ἐς τὴν ἀλεξάνδρου μεγάλην ἰουστίνου κελεύσμασιν ἐσοικίζεται πόλιν. αὐτοῦ τε δειλαίως ἀναιρεῖται πόρρω τῶν νυκτῶν, ἔτι κλινοπετὴς ὑπάρχων, ταύτην ἀμοιβὴν τῆς ἐς τὸ πολίτευμα εὐνοίας, καὶ τῶν ἐς τοὺς πολέμους ἀνδραγαθημάτων κομισάμενος· καὶ οὐ πρότερον ἀνεῖσαν τοῦ θυμοῦ, ἢ τῆς ζεούσης μήνιδος ἐνεφορήθησαν, μέχρις οὗ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεῖσαν αὐτός τε, καὶ ἡ τούτου σύνοικος σοφία ἐθεάσαντο, καὶ τοῖς ποσὶν ἐξελάκτισαν.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN